Ortolfus archiepus

Clemens VI papa mandavit ~~Decanis~~ Salzeburgen et Patavien
ecclesiarum Decanis tradere Thiedrico Ekchersperg posses-
sionem ecclesie in Chosthing Ratisponen diocesis, contra
~~presentationem~~ Abbatissa et conventum monasterij inferioris
Ratispone, que Henricum de Lapide quendam contra provisionem Bene-
dicti XII. pape intruserant: que litterae unum extant
Dat Avinion II Idus Novembris pontificatus nri anno sto

Nicolaus Epus Castellanus in ecclia maiori Castellanen missam solemp-
niter celebrans Piligrinum de Puecheym recommendatum ipsi
per lras Ortolfi Archiepi Salzburgen ad psbiteratus ordinem pro-
movit et consecravit Anno dni M. CCCLIIII. die sabbati
quattuor temporum: Sicientes venite ad aquas: XXIX Men Marcij

Littere salvi conducti Ortolfi Archiepi Date Eberhardo pposito Salzbg pro-
se et suis familiaribus, ex quibus conjuntur eos fuisse invicem
adversarios: Date Salzburgi Anno dni M. CCC LXIII feria
quinta an Osvaldi

Bertoldus de Losenstain Canonicus ecclie Salzburgen qui olim suos concano-
nicos, religiosos alias personas et clericos atque psbiteros seculares manus usque
et ultra sanguinis effusionem, absque tamen excessu alio difficili vel enormi
temere violentas injiciendo: arma tenendo et portando ecclam ipsam et eius
septa absque sui superioris licentia exeundo, habitum suum non cum animo apos-
tatandi temere dimittendo, ad taxillos et alios illicitos et vetitos ludos ludendo
cum excommunicatis precerque in crimine participando: Tabernas, ortos vi-
neas, prata: blada, et alia vetita ac eram inhonesta loca intrando:
Collectas, Tallias, Decimas, et alios impositiones ac debita, nemon Doctoribus
Mgris pedellis et Bancarijs salaria quibus tenebatur statutis terminis non
solvendo: Constitutiones insuper statuta ac mandata alia, generalia tam
provincialia quam Synodalia: Legatorum Delegatorum: Subdelegatorum, Exe-
cutorum Subexecutorumque sedis aplice, Iudicum ordinariorum: officialium: Rectorum
stolarium: et aliorum superiorum suorum ac regularium mandatorum: et
statuta sui ordinis transgrediendo, obedientiam suis superioribus denegando,
et contra eos conspirando: excommunicationis: suspensionis et interdicti incur-
rit sententias in tales generaliter promulgatas: periuria et peccata alia co-
misit: horas canonicas dicere omisit: et sic ligatus in suis non tamen in
contemptum clavium sed per simplicitatem et iuris ignorantiam ordinibus
et alias ministrat se divinis, his implicatum vicijs Frater Iohannes de
Melemberg dni pape penitentiarius a dictis sententijs, periuriorum, reatibus,
horarum predictarum omissione et peccatis suis alijs ad pposito auct
dni pape iuxta formam ecclie remisit absolutum
Dat Avinion. III. Kl Iulij pontificatus domini Clementis pape. VI.
Anno decimo